

ώς ἔκαστος *omnes singuli dixerint ‘meum et non meum’*:<sup>12</sup> *Unusquisque enim filium suum dicit eundem et uxorem sane eandem et de substantia et de quolibet accidentium similiter.* Locus est apud Platonem Rei publicae libro 5. in haec verba:<sup>13</sup> *Habemusne maius malum in civitate quam illud, quod eam distrahit et facit multas pro una?* Vel *maius bonum eo, quod eam vincit et facit unam?* Et paulo post:<sup>14</sup> *Nonne ex hoc tale quid evenit, quando non simul pronunciant in civitate talia verba: meum et non meum. Et de alieno secundum haec eadem hoc dicant meum et non meum, haec optime regitur?* In quibus sane non est illud πάντες *omnes*, quod Aristoteles ait tantam afferre ambiguitatem, neque postea ullo alio in loco, neque scio, qua philosophica ingenuitate Platoni id obiiciat, quod ille nusquam dixerit. Quare locum non habet, quod ait:<sup>15</sup> *quod quidem paralogismus quidam est dicere omnes clarum.* Neque Plato:<sup>16</sup> *in sermonibus eristicos* *facit syllogismos.*

Et falsa sunt quae sequuntur in hanc sententiam. Sed quod addit:<sup>17</sup> *Ad haec aliud habet nocumentum id, quod dicitur, minima enim cura geritur id, quod quam plurimis est commune: proprietorum enim curam maxime gerunt, communium vero minus, nisi quantum*

<sup>12</sup> (ἔκαστος γὰρ νίὸν ἔαυτοῦ φήσει [φησὶ] τὸν αὐτὸν καὶ γυναικα δὴ τὴν αὐτήν, καὶ περὶ τῆς οὐσίας καὶ περὶ ἔκάστου δὴ τῶν συμβαινόντων ὥσαύτως) [ARIST. Pol. 1261b.22 – 24]

<sup>13</sup> Ἐχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει ἢ ἐκεῖνο δὲ ἀν αὐτὴν διασπᾶ καὶ ποιῇ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δὲ ἀν ξυνδῆ τε καὶ ποιῇ μίαν; [PLATO, R. 462.a.9 – b.2]

<sup>14</sup> Αρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται, ὅταν μὴ ἄμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ὄχματα, τό τε ἐμὸν καὶ {τὸ} οὐκ ἐμόν; καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου {κατὰ ταῦτα; Κομιδῆ μὲν οὖν. Ἐν ἡτινι δὴ πόλει πλείστοι ἐπὶ τὸ αὐτὸν} κατὰ ταῦτα τοῦτο λέγουσι [λέγωσι] τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται; [PLATO, R. 462.c.3 – 8]

<sup>15</sup> ὅτι μὲν τοίνυν παραλογισμός τίς ἐστι τὸ λέγειν πάντας, φανερόν. [ARIST. Pol. 1261b.27 – 28]

<sup>16</sup> ἐν τοῖς λόγοις ἐριστικοὺς ποιεῖ συλλογισμούς. [ARIST. Pol. 1261b.30]

<sup>17</sup> πρὸς δὲ τούτοις ἔτερον ἔχει βλάβην τὸ λεγόμενον. ἦκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν· τῶν γὰρ ιδίων μάλιστα φροντίζουσιν, τῶν δὲ κοινῶν ἡττον, ἢ ὅσον ἔκάστῳ ἐπιβάλλει; [ARIST. Pol. 1261b.32 – 35]